



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XL. Pro refecandis sumptibus superfluis in Ecclesiis, & Monasteriis  
Monialium Urbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

XXXIX.

Pro Archiconfraternitate B. Mariæ de Suffragio Urbis, circa facultatem aggregandi Confraternitatis ejusdem nominis, & Instituti.

*Huic Archiconfraternitati quamplures Indulgencias concessit Clem. VIII. Constit. 29. §. 7. tom. 3.*

Edita A. D.  
1657.

## ALEXANDER PAPA VII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Supplicatio.

**E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres Archiconfraternitatis Beatae Mariæ de Suffragio pro animabus Purgatorii Canonice institutæ de Urbe, quod dum postquam eidem Archiconfraternitati à felic. rec. Clemente Papa VIII. Prædecessore Nostro indultum aggregandi sibi alias Confraternitatis concessum fuerat, rec. mem. Paulus Papa V. etiam Prædecessor Nostre supplicationibus tunc existentium Officialium, & Confratrum Archiconfraternitatis hujusmodi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, per suas in simili forma Brevis die 22. Martii 1615. expeditas Litteras ipsis Officialibus, & Confratribus facultatem quidem aggregandi dictæ Archiconfraternitati quamcumque Confraternitates ejusdem denominationis, & instituti etiam concessit, sed voluit quod Confraternites aggregandæ hujusmodi elemosynas pro Missis pro defunctis accipere ullo modo nequirent, quodque de ejus voluntate hujusmodi in Literis aggregationum pro tempore conficiendis specifica mentio fieri omnino deberet, alioquin aggregations ipse nullæ essent.

**§. 1.** Cum autem sicut eadem expositio sub jungebat, dicti Exponentes earumdem Pauli Prædecessoris Literarum ignari centum & quinquaginta, vel circiter Confraternitates memoratae Confraternitati nulla facta mentione prædictæ voluntatis ejusdem Pauli Prædecessoris bona fide, ac servatis alias servandis aggregaverint, & post habitam earumdem literarum notitiam Confraternitatis, ut præmittitur, aggregatas voluntatis hujusmodi certiores reddiderint, & propterea in præmissis opportune à Nobis provideri summoperè desiderent.

Convalidat  
aggregatio-  
nes factas.

**§. 2.** Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, centum quadriginta, vel circiter Confraternitatum, hujusmodi aggregations, à prædictis Exponentibus, sicut præmittitur, factas, Apostolica auctoritate tenore præsentium convalidamus, ea tamen lege, ut de cetero observentur admissum, prædicti Pauli Prædecessoris Literæ, & exemplar præsentium Literarum in forma authentica exhibetur in singulis Curiis Ordinariorum in quorum Dioecesis sunt Confraternitates aggregatae.

**§. 3.** Præterea Confratribus Confraternitatum aggregatarum hujusmodi, elemosynas si quæ ab illis percepta fuerint pro Missis celebrandis pro defunctis, dummodo revera elemosynæ prædictæ erogatae fuerint pro celebratione Missa-

rum hujusmodi, auctoritate, & tenore prædictæ gratiosè condonamus.

**§. 4.** Decernentes ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spéctabit, plenissimè suffragari, & ab illis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quocumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palacii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædictis Pauli Prædecessoris Literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolici, caterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Marianum Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Septembris 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Contraria  
derogat.D. P. An. 3.  
die 18. Sept.

Pro resecandis sumptibus superfluis in Ecclesiis, & Monasteriis Monialium Urbis.

## ALEXANDER PAPA VII.

XL.

Edita A. D.  
1657.*Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**ro commissio Nobis cœlitus Pastorali munere dilectorum in Christo filiarum Monialium Monasteriorum Almae Urbis Nostræ, quæ oblita domum Patris sui totas se Jefu Christi Domini Nostri earum sponsi obsequiis devoverunt, quieti, & utilitatibus peculiari studio jugiter invigilantes, ipsaque Moniales superfluis sumptibus dierum festorum causa, vel quando pueræ, seu mulieres habitum regularem in iisdem Monasteriis suscipiunt, professionem emitunt, fieri solitis eximere, & populi ad eadem Monasteria, seu illorum Ecclesiæ ejusmodi occasione confluentes turbam evitari cupientes,

**§. 1.** De Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiae Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicae à Nobis institute consilio, in quibuscumque earumdem Monialium Ecclesiæ alias festivitates, quam pro Sanctis titularibus ipsarum Ecclesiæ, five Monasteriorum hujusmodi patronis, & Ordinum, quorum illa respectivè sunt fundatoribus institui, siue solemniter celebrari auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo prohibemus.

Quæ festa  
celebranda.

**§. 2.** Volentes ut festivitates hujusmodi absque musica exteriori omnino celebrentur, adhibito tantum in choro interiori cantu Gregorio nuncupato, five etiam figurato, quoad Antiphonas Vesperarum pro currenti festo, aut Canticum Magnificat, pleno tamen choro, & nullis sumptibus sub penitus Abbatissæ, seu Priorissæ, privationis offici; Monialibus autem canentibus, vocis actiæ, & passiæ eo ipso respectivè incurrendis.

Cantus Græc  
gorianus per  
mittitur.

**§. 3.** Ac eisdem Abbatissæ, seu Priorissæ, nec non Sacristanis, & Camerariis, aliisque Ministris, & Officialibus dictorum Monasteriorum sub eisdem penitis respectivè pariter interdicimus, ne ordinantis Ecclesiæ, atque Altaribus apparatus, aut argenteam aliquam tam pretiosam quam non pretiosam suppellectilem cuiusvis qualitatis, & speciei à quocumque commodato accipiunt, neve in prænarratam causam pecunias, aut quavis alia bona cuiusvis generis, qualitatis, & speciei à quibuscumque personis certis, vel incertis, etiam sponte dantibus sub quocumque prætextu gratitudinis, donationis, solutionis debiti, aut restitucionis, etiam pro exoneranda conscientia, aut ex alio contractu, vel quovis quæsito colore, etiam pro elemosyna ne quidem à consan-

De ornatu  
Ecclesiæ.

guineis,

guineis, vel affinibus, etiam in primo gradu, aut benefactoribus Monialium, & aliorum predicatorum, etiam occulto nomine, petant, vel accipiant, neque in hunc finem vendant industria ipsorum Monialium opera, eorumque pretium in sumptus hujusmodi impendant, aut quidquam tam durante officio quam eo ex aucto Ecclesia, Sacrificia, aut quibusvis aliis dono dent, sed expensas necessariae ab Abbatissa, seu Priorissa ea qua majori poterunt cum parsimonia fiant ex ordinariis, & certis redditibus tantum vel Monasteriorum, vel Sacrifici illorum propriis, si adfint, nullum vero prouersus alienum proptere contrahatur. Praterea eadem auctoritate sub penis praedictis praecipimus idem servari, cum pueris, seu mulieris ad habitum regularem, & votorum solemnium emissionem, seu professionem admittuntur, ut scilicet omnia sine pompa, sine sumptu, & absque cerarum, aliorumque munusculorum quorundamque distributione fiant, comprehensis etiam esculentis, & poculentis, neque occasione festivitatum Sanctorum, aut susceptionis habitus, & professionis hujusmodi, vel quovis alio anni tempore dispensari, vel dono mitti possint flores, fructusque sive veri sive naturales, sive fictiti, & artificiales, aut pharmaca, placente, liba, scribilibus, crustula, spirale, & alia id genus edulia, cupedie, & bellaria quibuscumque personis, Secularibus, sive Ecclesiasticis etiam regularibus utriusque sexus tam intrà, quam extra septa Monasteriorum degentibus, ac etiam Superioribus, & Praelatis quovis gradu, & dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, Protectoribus, Viceprotectoriis, Deputatis, Praefectis, Visitatoribus, Confessariis, Factoribus, & Officialibus Monasteriorum hujusmodi quocumque nomine nuncupentur, aliiisque ab illis quoquomo dependentibus. Denique mandamus Missas solemnes in Ecclesiis Monasteriorum hujusmodi ab illorum Confessariis, vel aliis privatis Sacerdotibus decantari, tubarum verò clangores, & tympanorum strepitus, ac tuborum pulvere Pyro appletorum explosions, missilesque, & festos ignes nulla ratione, nullaque occasione ante, vel propè aut circa Ecclesiis, ac Monasteria praedicta permitti, neque tentoria, sive vela ante januas earundem Ecclesiis expandi, sed & omnes alias non necessarias expensas omnino refescari.

§. 4. Declarantes Abbatissas, seu Priorissas, Sacrifianas, Camerarias, aliasque Officiales, & Moniales Monasteriorum praefatorum, quae in toto, vel in parte praesentibus Literis, & contentis in illis quoquomo respectivè contravenerint, penas prænarratas, aliasque etiam graviores Nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrii durante earum contumacia, ipso facto incursuras: absolutione, condonatione, reintegratione, & dispensatione desuper Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus Nostris dumtaxat reservata. Ceterum si quandoque Abbatissa, seu Priorissa, & Moniales praedictæ rigorem praesentis constitutionis in aliquo casu particulari remitti, & aliquid ex vertitis in illa permitti desideraverint, non prohibemus quin id postulent à Nobis, & Successoribus praedictis, concessuris in scriptis, quod in Domino censuerimus, seu illi respectivè censuerint expedire. Demum ut eadem praesentis Litera debita executioni demandentur, illarumque ignorantia à nemine ullo unquam tempore prædicti possit; Venerabilibus Fratribus Nostro Martio Episcopo Albanen, S. R. E. Cardinali Cinerto nuncupato, Nostro in Urbe praedicta Vicario in spiritualibus Generali, vel Marco Antonio Episcopo Hieropolitan. ipsius Martii Cardinalis Vicarii Vicesgerenti harum serie committimus, & mandamus, ut praesentis Literas, seu illarum tenorem in idioma vulgare fideliter

transferri, ac translatas imprimi, illarumque exemplaria in formam authenticam redacta in singulis Monasteriorum praedictorum sacrificiis, ac choris, & locutoriis in loco conspicuo, ubi ab omnibus legi possint, consitui, & collocari, ibique perpetuo remanere, & à nemine amovere current sub penis supradictis eo ipso per contrafacientes incurriendis.

§. 5. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu alio quocumque defectu ex quovis capite, vel caufa etiam speciali mentione digna notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis existante inviolabiliter observari. Sieque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, aliiisque Nostris, & Cancellarie Apostolicæ regulis, & cæteris Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Monasteriorum, & Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretis statutis, & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in sue robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut praesentes Literæ per atque, seu aliquos ex Curforibus Nostris ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis in Laterano, ac Basilica Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe præfata publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quæ sic publicatae, & affixa omnes, & singulos quos concernunt perinde afficiant, & arcent, ac si illorum unicuique personaliter intimate fuissent. Utque earundem praesentium transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prouersus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Septemb. 1657. Pontificatus Nostræ Anno Tertio.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini Nostræ JESU Christi 1657. Inditione 10. Pontificatus autem Santissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno tertio, Die verò 26. Septembri praedicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilica S. Joannis Lateranensis ac ad valvas Basilica Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ per me Petrum Paulum de Graffis Apostolicum Curs.

Andreas Castruccius Mag. Curs.

Pro-

Clausula  
præservati-  
væ.Contriariis  
derogat.Transsump-  
torum fides.Contrave-  
nientium  
poenæ.